UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Qvadriga Pietatis

Bebius, Philippus

Coloniae, 1616

Piorvm Eleemosinae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-55113

Visual Library

PIORVM ELEEMOSINAE

Confundatur cum pro amo re Dei eleemoſynam petit; eſt enim ea res inſignis cuiuſdam priuilegij: cogitetque quale ſit, quod pro ipſo Deus, *tan*quam qui indigeat, his qui ei mendicanti aliquid dant, ſe debitorem conſtituat, eique ſuũ theſaurũ crediderit. Quod ſi aliquando quæ ipſi Dei cauſa data ſunt, non in eum, in quem petiit, vſum inſumpſit, tanquam ſacrilegus confundatur, qui Deo auferat, quod ipſo petente alij Deo dederunt. Cogitet cum petit tanquam pauper, niſi animo pauper ſit, falſo ſe nomine petere: ſi vero petit ex curioſitate, ad eoque

eóque contra quam Deus vult, deceptor eſt, & more eorum, qui falſis vtuntur diplomatis, numos à proximo ſurripit.

ANGELORVM MVNVS.

Confũdatur denique, quod cum Dei nomine petit, Angelorum munere fungitur, qui ab hominibus ſemper tanquã Dei legati petunt: ab aliis quidem, vt pauperibus ſubueniãt; ab aliis autem, vt iniurias ſibi factas remittant; ab aliis vero, vt Deo quam debent gloriam, & honorem dent. Cum vero eleemoſynam acceperit, confundatur, quod & danti Deo, & proximo ingratus ſit: ita autem fiet, vt cum ei aliquid erit petendum, incipiat